

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Fabula e
cum uariis

Apulegius de deo Socratis introducit fabulam Esopi de coruo tenente carnem in ore cui dum dixisset uulpecula quod cignus melius cantabat, et uolens cantare amisit carnem de ore ac potius crocitauit quam cantauit. Et sic suam defectionem publicauit quod multis accidit qui uolunt se magnificare et ultra mensuram uirium suam ostentare.

Ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Apulegius] Apuleius Aulus V² L¹ L²; cignus] cigno P V¹ V² L¹ L²; suam] sua (*cor. ab alio manu ad suarum*) M, suarum P V¹ V² L¹ L²